Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Confusa sunt sculptilia eorum. Fracta
sunt idola eorum. quoniam adscen
det gens contra eam ab aquilone que
ponet terram eius in solitudinem et non
erit qui habitet in eis. ab homine usque
ad pecus et moti sunt et abierunt. In
diebus illis et in tempore illo ait dominus
venient filii israel ipsi et filii iuda simul
ambulantes et flentes properabunt
et dominum deum suum querent. in sy
on interrogabunt viam. huc facies
eorum venient et apponentur ad do
minum federe sempiterno. quod nunquam
oblivione delebitur. Grex perditus fac
tus est populus meus. pastores eorum
seduxerunt eos. fecerunt eos errare in
montibus de monte in collem tra
serunt. oblti sunt cubilis suis. Om
nes qui invenerunt comederunt
eos. et hostes eorum dixerunt. non
peccamus pro eo quod peccaverunt
domino decori iustitiae et expe
ctanti patrum eorum dominum. Fu
gite de medio babilonis et de terra
chaldeorum. estote sicut
hedi ante gregem. quoniam ecce ego
suscito et adducam in babilonem congre
gationem gentium multarum
de terra aquilonis et parabunt adver
sum eam et in die capietur. sagitta
eius quasi viri fortis insipiens non
revertetur vacua et erit chaldea
in predam. Omnes vastantes eam
replebuntur ait dominus. quia ex
ultatis et magna loquimini dum rapien
tes hereditatem meam. Quoniam
effusi estis sicut vitula super herbam
et mugistis ut tauri. Confusa est
mater vestra vehementer et ad equata
pudori que genuit vos. Ecce no
vissima erit in gentibus. deserta
in via et arens abyssus dominum non
habitabitur sed redigetur tota in soli
tudinem. Omnis qui transit per
babilonem stupebit et sibilabit super
omnibus plagis eius. Preparamini
contra babilonem per circuitum omnes
qui intenditis arcum debellate
eam non parcatis iaculis quia dom
no peccavit. Clamate adversus eam
ubique dedit manum. Ceciderunt
fundamenta eius destructi sunt
muri eius quoniam ultio domini
est. ultionem accipite de ea. Sicut
fecit facite ei. Disperdite satorem
de babilone et tenentem falcem in
tempore messis a facie gladii columbe
Unusquisque ad populum suum con
vertetur et singuli ad terram suam
fugient. Grex dispersus israel leones
ejecerunt eum primus comedit
eum rex assur. ide novissimus ex
ossavit eum nabuchodonosor rex
babilonis. Propterea hec dicit dominus
exercituum deus israel. Ecce ego vi
sitabo regem babilonis et iram ei
sicut visitavi regem assur et redu
cam israel ad habitaculum suum. et
pascetur carmelus et basan et in
monte ephraim et galaad satura
bitur anima eius. in diebus illis
et in tempore illo ait dominus quæ
tur iniquitas israel et non invenietur
et non erit peccatum iuda. Quoniam